



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc  
Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

**[S.I.], [ca. 1650]**

Capvt IV. Clero associatus sanctus Liborius, quibus quantisq[ue] Virtutum gradibus ad Episcopalis honoris fastigium sit eleuatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45568**

## CAPVT IV.

*Clero associatus sanctus Liborius, quibus  
quantisq; Virtutum gradibus ad Episco-  
palis honoris fastigium sit eleuatus.*

**P**OST QVAM autem tam  
vitam, quam habitum se-  
cularem, cœlestium præ-  
miorum intuitu dereliquit, &  
verè à Domino in suam electus  
sortem, Clero associatus, ac officijs  
est functus Ecclesiasticis, amplius  
totū se diuino cultui nisus est man-  
cipare. Studebat namque, quan-  
tum fragili carnis sarcinā circunda-  
tus potuit, cunctos actus cogita-  
tusque suos ad rationis normam di-  
rigere, circumspectus ac prouidus,  
docilisque & cautus existere, aduer-  
sa vel prospera æquanimiter ferre,  
animum supra temporalis periculi  
metum fortiter agere, nihilque nisi  
quod esset ante superni examinato-

ris

*In Clerum  
afficitur.*

*Hic lacte-  
am cœli vi-  
am, quis-  
quis es, no-  
ra: & verū  
saluando.  
rum specu-  
lum inspice.*

ris oculos foedum, peccati scilicet maculas, formidare, haberere Dei bonitate fiduciam, securitatem, constantiam, tolerantiam, firmitatem. Præterea nihil appetere pœnitendum, in nullo legem moderationis excedere, sub iugo rationis cupiditatem moderari vel domare. Hinc modestus & abstinentis, castus & honestus, parcus & sobrius ante Deū & homines permanebat. Iam vero in illo propositum æquitatis iustitiæque seruandæ, quis vñquam dignè valeat explicare? quis eius circa innocentiam, humanitatem & concordiam studium, quis erga pietatem & religionem enarret affectum? Omnis eius animi meditatio, à rebus vanis & caducis remota, circa salutem animæ ac statum vitæ perpetuæ versabatur. Proinde quia tantus in eo cœlestis iubaris splendor celari diu non potuit, sanctitatis eius ita rumor excreuit, ut totius inclytæ ciuitatis Cenomanicæ

nicæ populi ad hunc sibi met̄ eligē.  
*Fit Episco-* dum Pontificem, vnanimiter corda  
*pus.* conuerterent. Nec dubium, quin se  
beatos fore arbitrarentur, qui ta-  
lem habere pastorem ac præsulem  
mererentur: cui ad docendum sup-  
peteret linguæ disertitudo, ad do-  
ctrinam exemplis formandam vitæ  
rectitudo, ad exorandum pro sub-  
ditis Deum meriti magnitudo. Vn-  
de cum memoratæ vrbis populum

*S. Pauati-*  
*tus mundo*  
*denascitur.* antistitis sui Pauatij viri sanctissi-  
mi obitus ingenti, vt par erat mœ-  
rore afficeret, consolabatur tamen  
huius concorditer electi probitas,  
& firmata de illo apud omnes fidu-  
ciæ certitudo, quod nemine sacer-  
dotum Christi esset futurus inferi-  
or. Quinimò antiquam Israeliticæ  
gentis gratiam sibi prestitam gratu-  
labantur: quia sicut illis quondam  
ablatio & ad cœlum rapto Eliâ Pro-  
*4. Reg. 2.9.* phetâ sanctissimo, Eliseus dupli-  
*Ecccl. 4.8.13.* eius spiritu repletus successit: Ita  
spiritales B. Pauatij virtutes, in suc-  
cessore

cessore Liborio representandas, aut etiam duplicandas fore sciebant. Quapropter gaudentibus cunctis Ecclesiæ Christi regimen, ad quod olim erat diuinitus præordinatus, iuxta morem Canonicum assumpsit, regulariter Pōtifex ordinatus.

## CAPVT V.

*Episcopi iam electi Mores, Exercitia. Harmonia Vitæ eius Doctrinaq; miranda.*

**S**VSCERTO vero sacerdotio, Honorius  
nihil ex studio sanctitatis, quā illo mores  
prius exercuerat, dereliquit: optimos nō  
sed tanquam lucerna super can-  
delabrum posita, ita ille diuinâ  
luce repletus, quō in eminentiore  
constitutus est loco, eō latius in do-  
mo Dei, collatæ sibi gratiæ notitiâ,  
refulgebat. Neq; illum tantæ digni-  
tatis honores solitæ religionis mu-  
tare fecerunt mores; nec Ecclesiastis  
corum occupationes negociorum  
quicquam ex quotidiana diuinæ  
laudis